S. D. Clarissime vir, et patrone
carissime. Scriptum est apud
Esaiam: posui in ore tuo verbum
meum et dextera mea protegam
te, ut plantes caelos. Certissimum
est, et esse Ecclesiam DEI, hoc
quamquam parvum agmen discens
Evangelii vocem, et dextra dei
mirabiliter eam inter Imperiorum
tumultus protegi, ut hos XXX
annos vidimus clementer protectas
esse regiones, in quibus vox doctrinae
sonat, et mitigatas esse poenas.
Tanto beneficio filii DEI agnoscamus,
et grati celebremus, et nos
ei commendemus. Iudico et
hoc esse DEI beneficium, quod nunc
placidius fuit exitus Augustani
conventus. Precamur autem
filium DEI, ut nos deinceps gu-
bernet.
Cum haec scripsissemus de controver-
sia Baltica nullam [illegible] videro